

ILLVSTRISSIMIS S. R. E.
 CARDINALIBVS D. PHILIPPO
 Segæ. Ep. Placentino, Clementis
 Octavi apud Gallos Legato, &
 D. Nicolao Peleuco Arch.
 Rhemēsi, primo Pari
 Franciæ.

*G. Genebrardus Aquarum Sex-
 tiarum Arch.*



QVONIAM Sacer & Venerabilis
 Antistitum, Abbatū, Canonico-
 rum, & aliorum Sacerdotum, à
 plerisq. Regni Catholicis ciuita-
 tibus & prouincijs in hanc vr-
 bem ad comitia destinatorum, ordo vos pari-
 ter rogat, vt Regno sanctas & Canonicas
 Electiones à Sanctiss. & Canonum exacto-
 re acerrimo Clemente impetretis, ac cum
 ipsorum literis ad sedem Apostolicam, ve-
 stras coniungatis, tam pijs, tam salutaribus
 optatis consentaneum existimauit, vt ad vos
 ambos hunc tractatulum De Sacrarum Ele-
 ctionum iure & necessitate, ad Ecclesiæ
 Gallicanæ redintegrationem, dirigerem.

